

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars tertia, hoc est:
Tractatio evangeliorum tam dominicalium, quam
festivalium, ad recte se sub variis tentationum generibus
gerendum, disposita**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

In die festo B. Andreae apostoli

[urn:nbn:de:bsz:31-126133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126133)

IN DIE FESTO B. ANDREÆ
APOSTOLI.

Evangelium Matth. 4. v. 18 -- 23.

EXORDIUM.

Postquam Israelitæ à servitute
Egyptiæ liberati, mare ru-
brum transierant, & in deser-
to aquæ inopiâ laborabant
tribus diebus; tandem venerunt in Mara,
ubi quidem aquas invenerunt, sed non
potuerunt easdem propter amaritudinem
bibere. Donec tandem Mōses, Dei jussu,
lignum misit in aquas, & in dulcedinem
versæ sunt. Inde petregerunt in Elim, ubi
erant *duodecim fontes aquarum, & septuagin-
ta palme*, & castra metati sunt juxta aquas,
Exod. 15. v. 22. & seqq.

Nos miseri homunciones Diaboli insi-
diis, in gravissimam servitutem incidera-
mus; Diaboli mancipia facti, Joh. 8. v. 35.
Verum Deus Opt. Max. per manum Chiti-
sti, servi sui electi, Esa. 42. v. 2. nos emisit
de pureo, in quo non est aqua, Zach. 9.
v. 11.

Interea in solitudine hujus mundi erra-
mus, peregrinantium instar, Psal. 39. v. 14.
variis ærumnis expositi, ubi variationes &
exercitus contra nos sunt, Job. 10. v. 17.
Et licet quandoque prosperior fors afful-
geat nobis, Mara tamen mœrore & do-
lore infectum est, & nisi Deus per lignum
vitæ, Christum Jesum in verbo suo, aquam
amaram edulcarer, pereundum nobis
esset in afflictione nostra, Psal. 119. v. 92.

Id quod significatur, per duodecim
fontes aquarum, & septuaginta palmas,
quas Israelitæ à Marâ abeuntes in Elim
invenerunt. Cruce enim sua Servator
crucem nostram ita sanctificavit, ut nunc
Deum diligentibus omnia in bonum co-
operentur, Rom. 8. v. 28. Quò veid
hoc solatium omnibus Christianis infer-
viret, Optimus Servator noster, ut typum
hunc impleret, pertransit in Judæâ & Ga-
silæâ, electis duodecim Apostolis, quos
juxta alios septuaginta Discipulos ablega-
vit, ad Evangelium prædicandum, & quæ
Judæos, quæ Gentiles in salvifica Filii Dei
agnitione erudiendum.

Hi sunt duodecim illi consolationum
fontes, & septuaginta palma, per quo-
rum scripta hodiernus omnes tentatæ &
afflictæ conscientie eriguntur. Hinc
David: Secundum multitudinem cogi-
tationum mearum, in corde meo, consola-
tiones tuæ lætificaverunt animam meam,
Psal. 94. v. 19.

Exemplum præstat in prælectâ Perico-
pe, ubi Servator quatuor homines simul
ad Apostolatam vocat, inquiens: Venite
post me, & faciam vos fieri piscatores
hominum. Id postea ita continuavit,
donec numerum duodecimum, qui in
T. T.

V. T. variis modis, maximè verò per duodecim aquarum fontes præfiguratus est, implevit.

Nos methodo nostra interserentes videbimus

I. Triplicem Querelam.

II. Triplicem Medelam.

III. Triplicem Cautelam.

J. J.

Exegetis.

S Andreas, cujus memoria hodiè in Ecclesia celebratur, nomen habet ab *Aspeia* à fortitudine. Ad reapse quoque probavit: licet enim multis modis persecutus, imò planè tandem in crucem actus sit: at tamen omnia masculè & cum gaudio superavit. Hæc de causa & pii Veteres cum eò novum annum inchoant. Typus enim est omnium verè credentium, de quibus Apostolus ait: State in fide, *ad Rom. 12. 13.* viriliter agite, & confortamini, *1. Cor. 16. v. 13.* Hoc aptimè opus est considerantibus, in quantas miseras propter peccata incidimus, ut non abs re Siracides dicat: Fili, accedens ad servitum Dei, sta in justitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem, *Sir. 2. v. 1. 3.*

Querela respicit

I. Laboris asperitatem, cui omnes mortales à nativitate usque ad mortem subjecti sunt. Homo enim nascitur ad laborem, ut avis ad volatum, *Job. 5. v. 7.* In prælecta Pericope audimus, quod Petrus & tribules ejus rete in mare mittant, & non exiguum laborem impendant, quò victum sibi acquirant.

Id omnibus nobis demandatum, Omnis

labor hominis est ipsi demensus, ait Ecclesiastes cap. 6. v. 7. hic manu, ille intellectu id efficit, interea cuilibet in sudore vultus sui rescendum pane suo, *Gen. 3. v. 19.*

Labor & molestia reperitur in statu Ecclesiastico. Scriptura sacra unum modò volumen est, & tamen verbi Minister per omnem suam vitam in eo desudet oportet. Nemo hæcenus inventus, qui hunc utriusque sæderis codicem ex assè intelligat, nec futurus est, qui illum scrutinio judicii perquirat, & planè complectatur. A mari enim abundabit cogitatio sensus ejus, & consilium illius in abyssu magna, *Sir. 24. v. 38. 39.*

Qui verò labor, molestia quæ, semper in legendo, studendo & meditando occupatum esse! Sanè frequens meditatio carnis afflictio est, *Eccles. 12. v. 12.* unde verbi Ministerium non sine ratione à Bernhar-do, negotium omnium negotiorum dicitur, cui nemo sufficiens est, nisi Deus idoneum eum Ministrum faciat novi Testamenti, *2. Cor. 3. v. 5.*

Labor & molestia reperitur in statu Politico, ubi Christiano magistratui omnis lapis movendus, si officio suo satisfieri velit.

Moses Princeps ille Israeliticus tantam Imperii molem sentiebat, ut diceret ad Deum: Si inveni gratiam in oculis tuis, interficias me; ne afficiar tantis malis, quia gravior est mihi populus, quam ut ferre possim, *Num. 11. v. 13.*

Rex Ahasverus noctu curis officii sui inquietatus est, *Esther. 6. v. 1.*

Jobus de seipso dicit, quod oculus fuerit cæco, & pes claudò, imò pater pauperum, & causam, quam nesciverit, diligentissimè investigaverit, *Job. 29. v. 15. 16.*

Hoc

Hoc qui imitaturus est, molestiam satis magnam sentiet. Unde rectè Paulus: Qui præest, in solitudine, Rom. 12. v. 8.

Hanc regiminis molestiam, quò Dionysius Tyrannus Damocli assentatori ostenderet, qui beatum eum ratione dignitatis aestimabat, mensæ magnificentissimis epulis instructæ admovit, ita ut strictus gladius comæ equinæ appensus cervicibus ejus immineret: quo periculo ille exterritus Regiæ Majestati illicò valedixit. Hinc non immeritò Saul apud vasa abscondidit sese, cum Rex Israelitarum eligendus esset, 1. Sam. 10. v. 23.

Labor & molestia invenitur in statu æconomico. Nam si quis non vult operari, non manducet, 2. Thess. 3. v. 10. quia igitur sine cibo nemo vitam transigere potest, labori vacet oportet, quò se & suos honestè alat, hinc Salomo: quòdcunque facere potest manus tua, pro virili operare, Eccles. 9. v. 10. exemplo Petri, qui non defessus est rete laxare, quò bonam capturam acciperet, Luc. 5. v. 4. 6.

Jacobus tam assiduus fuit in functione suâ, ut die nocteque æstu urgeretur, geluque, fugeretque somnus ab oculis ejus, Gen. 31. v. 40.

Anna uxor Tobia ibat ad opus texturum quotidie, & de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, marito cæco deferebat, Tob. 2. v. 19.

Paulus die & nocte operabatur, ne quenquam gravaret, 1. Thess. 2. v. 9.

Ruth spicas colligebat remanentes, sequens messorum vestigia, & desiderare ejus in domo paululum erat, Ruth. 2. v. 7.

Ita omnibus nobis labor impositus, qui eò gravior post lapsus est, quia per pecca-

tum maledictio omnibus operibus nostris adhærescit, ut sæpè cum Petro frustra laboremus; nam neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, 1. Cor. 3. v. 7.

II. *Periculi multiplicatatem.* Hi discipuli victum non in terrâ acquirere possunt, sed in mari piscari coguntur: aqua verò omnium elementorum infidissimum. Hinc Anacharsis interrogatus: quanta esset spissitudo tabularum nauticarum? respondit: quatuor digitorum: Tantulum, inquit, absunt à morte, qui navigant. Sæpè enim advenit Spiritus procellæ, & extolluntur fluctus, ut adscendant usque ad cælos, & descendant usque ad abyssos: ut anima navigantium in malis tabescat: Circumeant & moveantur sicut ebrius: & omnis sapientia eorum devorata sit, Psal. 107. v. 25.

Id quod Jonas comperit, Jon. 1. v. 4. nec minus Apostolus Paulus, Actor. 27. v. 14. seqq.

Nos simili periculo expositi sumus. *Mundus* nihil aliud, quàm *impetuosum mare* est, in quo, quoad vivimus, inter decumanos fluctus navigamus, & modò sursum, modò deorsum, modò ad dextram, modò ad sinistram projicimur, sic ut ad pacem amaritudo nobis amara, sicut Hiskie contigit, Esa. 38. v. 17. ut non immeritò cum Davide ingemiscamus: Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ, usque ad animam, Psal. 69. v. 2. 3.

Mare inconstans est, & licet quandoque tranquillum sit, tamè subitò fluctus suos atollit: Ita qui mundo fidit, decipitur, si hodiè humanum se ergà pios simulat, mox austerum se prabet, ut facilè videas, faciem

ejus non esse ficut heri & nudijs tertius,
Gen. 31. v. 5.

Mari qui immergitur suffocetur necesse est, paucissimi indemnes elabuntur. Ita, qui mundum diligit, & quæ in mundo sunt, 1. Joh. 2. v. 15, velut Demas, 2. Tim. 4. v. 9. is nunquam pervenit in portum salutis, sed naufragium faciens, à barathro infernali absorbetur, 1. Tim. 1. v. 19.

In mari sunt balena, monstra marina, & varia bestiarum genera, Psal. 104. v. 25. Sic. 43. v. 27. Ita in mundo sese offerunt Tyranni truculenti, qui naviculam fidei & vocationis nostræ impugnant, & dolent, si expugnare nos nequeant. Perpetua enim hominis vita militia est, Job. 7. v. 1. si non Diabolus, mundus, si non mundus, caro nostranos impugnant, idque tam diu durat, donec ultimus inimicus veniat, qui est mors, & pugna finem imponat, 1. Cor. 15. v. 26.

In mari quandoque Sirenes audiuntur, quæ blando suo cantu navigantes somno sopiunt, ut navicula liberum suum cursum sequatur, & ita in scopulos illidat, vel à voragine absorbeatur.

Ejusmodi blandientes Sirenes in hoc mundo sunt concupiscentia oculorum, concupiscentia carnis, & superbia vitæ, hæc suaviter cantillant, ut nos ad se pelliciant, & somno securitatis immergant. Ideo accurata cautione opus est, ne carnalibus concupiscentiis nimium indulgeamus. Nam concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò, cum consummatum fuerit, generat mortem, Jac. 1. 15.

Optimè nobis consulimus, si cum Asapho Deo Governatore utamur. Ipse est, qui colligit tanquam cumulum, aquas ma-

ris, Psal. 33. v. 7. quando eas vocat, effundit easdem super faciem terræ, Amos. 5. v. 5. quando verò illi silentio imposito dicit: Tace & obmutesce, Marc. 4. v. 39. sive: usque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos, Job. 38. v. 11. parere cogitur, nam mutatio dexteræ Excelsi, Pl. 77. 11.

III. *Infortunij celeritatem.* Hic audimus, Jacobum & Johannem cum Patre Zebedæo in navi sedisse, & retia sua refecisse. Hoc ipso innuitur, quod adhuc hodiè opifices & mechanici labore nocturno atque diurno patum lucentur: nam omnia commercia ferè frigent, ex adverso verò exactiones variæ invalescunt, & pecuniæ inopia tanta est, quanta olim in Ægypto, Gen. 47. v. 15.

Hæc magna miseria est, & iusta Dei pœna. Ut enim benedictio Dei divites facit, nec addetur ei labor, Prov. 10. v. 22. ita ex adverso nihil feliciter succedit, si maledictionem Deus immittat: sed omnia mittuntur in sacculum pertusum, Hagg. 1. v. 6. ut defraudetur gens tota, Mal. 3. v. 9.

Inveniuntur Mechanici, qui ipsi in causa sunt, dum diras execrationes evomunt, si prosperè & ex voto non succedat labor, vel defraudant proximum, opera non rectè elaborantes, vel scandalum doctrinæ & vitæ præbent, sicut Detmetrius argentiarius, faciens ædes argenteas Dianæ, Act. 19. v. 24. aut nimis carè vendunt merces, aut eas exterius dolose incrustant, quæ postea, si rectè inspiciantur, adulterinæ deprehenduntur, argentum versum est in scoriã: & vinum mistum est aquâ, Esa. 1. v. 22.

Hæc verò species furti est, quod Deus

impunè non dimittit. Est enim vindex de his omnibus, 1. Theff. 4. v. 6. Non proinde mirum est benedictionem Dei evanescere & maledictionem succedere. Noli proinde quocunque modo proximum defraudare, sed amorem illi exhibe, quem tibi exhibere velis. Imprimis cave, ne idem facias, quod Alexander ærarius, de quo Paulus conqueritur, quòd multa ipsi mala offenderit, 2. Tim. 4. v. 14. qui enim unctos Domini tangit, pupillam oculi ejus tangit, Zach. 2. v. 9.

Sed & observa illud Siracidis: Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuo &c. cap. 11. v. 21. 24.

Quodsi verò, his omnibus observatis, retia tua rumpant, ut hinc illinc refectioe opus sit, h. e. victus & amicus acquirendi ratio labascit: discipulorum horum recordare, qui & ipsi retia sua reficere & suà sorte contenti esse coacti sunt. Deus te non derelinquet, quia non in abundantia cujusqu岸 vita ejus est, ex his, quæ possidet, Luc. 12. v. 15. magnus autem quæstus est pietas cum sufficientia, 1. Tim. 6. v. 6.

De Secundo.

Sequitur Medela, quæ fuit

I. Ex accessu. Nam idè ad mare Galileæ secessit & in litore ambulavit, quia sciebat discipulos hosce ibi piscaturæ vacare.

Solutio hinc fructu, mi Christiane! in omnibus adversitantibus, ubicunque locorum fueris, Jesus tuus præsens est, nec derelinquet te orphanum, Joh. 14. v. 18. Si & ipse ad mare, vel etiam in mari medio tribulationem versaris, ubi fludus insurgunt, & procellæ rentationum contra te læviunt, ut abyssus abyssum invocet, Psal. 42. v. 8. noli abjicere animum. Christus in litore adstat, Joh. 21. v. 4. & tecum est in tribulatione, Psal. 91. v. 15. juxta promissionem, Esa. 43. v. 2.

Sic erat cum Noâ in arcâ, Gen. 7. v. 16. cum Jacobo in agro, Gen. 28. v. 12. cum Josepho in carcere, Gen. 39. v. 21. cum tribus viris in fornace, Dan. 3. v. 25. cum Daniele in lacu leonum, Dan. 6. v. 22. cum Jonâ in alvo cete, Jon. 2. v. 7. cum Petro in vinculis jacente, Act. 12. v. 7.

Ia pietati stude, & Deum sedulo time, & non discedet abs te, sed tecum erit omnibus diebus, usque ad consummationem seculi, Matth. 28. v. ult.

II. Ex aspectu. Vidit enim duos fratres, ut Evangelista memorat: hic aspectus fuit amicabile, si spectemus eum

I. Formaliter. Jesus noster equidem aliàs omnia velut præsentia intuetur, & non est quicquam absconditum ab oculis ejus, Sir. 40. v. 25. Verùm Andream ejusq; fratrem Simonem gratiæ suæ aspectu dignatur, ut illos adspicit, quos diligit. Oculi enim Domini super timentes eum, Psal. 33. v. 18. Ira respexit Petrum abnegantem, in palatio Pontificis, Luc. 22. v. 60. Matthæum in telonio, Matth. 9. v. 9. Zachæum in arbore Sycomorum, Luc. 19. v. 5. Mariam Magdalenam, peccatricem illam respicientem, Luc. 7. v. 48.

Eodem modo adhuc hodie respicit omnes peccatores, modò pœnitentiam illi agant. Respicio, inquit, ad pauperculum & contritum Spiritu, & trementem sermones meos, Esa. 66. v. 2.

Eodem modo adhuc hodie respicit omnes peccatores, modò pœnitentiam illi agant. Respicio, inquit, ad pauperculum & contritum Spiritu, & trementem sermones meos, Esa. 66. v. 2.

Vid. part. 1. p. 320 321.

Caveant pii, ne gratiæ hunc adfpectum contemnant, ut cives Hierofolymitani, quia enim gratiam ſibi à Chriſto acetbè ſtente oblatam, inſuper habebant, & reſiciebant, funditus tandem debebantur, Luc. 19. 41. ſeq.

Qui jam gratiæ divini adfpectum contemnit, illum aliquando, velut juſtiſſimus judex oculis iræ intuebitur, relegaturus eum in locum, ubi damnatos mors depaſcit, ut in æternum lucem non videat, Pſal. 49. v. 20.

2. *Materialiter*, reſpectu perſonarum, erant enim

1. *Fratres*. Hoc ipſo fraternam caritatem ſibi valdè placere innuit, ſicut & paulò ante abſutum ſuum dixit: Mandatum novum da vobis, ut diligatis invicem, Joh. 13. v. 34. 35. Huic igitur apprime ſtudeamus, in omnibus Hierarchiis, maximè vero Collegæ, qui in eodem officio verſantur, operam navent, ut uno pariter animo per fidem Evangelii decerent, Phil. 1. v. 27. vinculum pacis incorruptum ſervantes, Eph. 4. v. 3. ibi promittit Deus benedictionem & vitam uſque in ſeculum, Pl. 133. 4.

2. *Piſcatores*. Hoc ipſo opera manuaria commendat, quod neſcitum illa adſpernanda ſint. Chriſtus enim à piſcaturâ pluriſimos ſibi Apoſtolos ſelegit. Quin & opifices inter dona ſua numerat. Ecce, inquit, ego creavi fabrum, ſuſſantem in igne prunas, Eſa. 54. v. 16. Bezaleel & Ahaliab replevit Spiritu ſapientiæ & intelligentiæ, Exod. 31. v. 3. ſeqq. Præterea Spiritus ſanctus inter ornamenta tribus Judæ recenſet, quod tot figuli in eâ fuerint, 1. Chron. 4. v. 21. 23. Et ubi faber ferrarius aliquando non inventus eſt in omni terrâ Iſrael,

idipſum pro magna infelicitate & poenâ habetur, 1. Sam. 13. v. 19.

Sicut enim oculis non dicere poteſt manui: Opera tuâ non indigeo, 1. Cor. 12. v. 21. ita nec mechanicorum operâ carere Reſp. poteſt, Sir. 38. v. 36. Artifex faber arte ſua uſus diligenter fabricat vas utile in converſationem vitæ, Sap. 13. v. 11. ſicut & figulus laborioſe fingit ad uſus noſtros, unum quodque vas, Sap. 15. v. 7.

Joſephus pater Chriſti putativus fuit faber lignarius, Luc. 3. v. 23. Paulus artis Scenofactoriæ, Act. 18. v. 4. Petri hoſpes coriarius, Act. 10. v. 6. Chriſtus ipſe non erubuit patrem in opere fabrili adjuvare, hinc & ipſe faber dicitur, Marc. 6. v. 3.

Ne igitur Chriſtiani opifices dubitent, quin in ſtatu Deo grato & accepto vivant, non igitur oderint opera laborioſa, creatâ ab Altiffimo, Sir. 7. v. 16.

III. *Ex aſſatu*. Nam, venite poſt me, inquit, ego faciam vos piſcatores hominum. Ubi habemus

1. *Verba mandati*. Venite poſt me: Hoc nobis quoque dictum eſt. Idè enim exemplo ſuo prævivit nobis, ut ſequamur veſtigia ejus, 1. Petr. 2. v. 21. Quæ hæc veſtigia: Sunt primò *veſtigia innocentia*. Non enim peccatum fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus, 1. Petr. 2. v. 22. Deindè veſtigia patientiæ: non enim cum malediceretur, maledicebat: cum pateretur, non comminabatur, 1. Petr. 2. v. 23.

His veſtigis & ipſi inſiſtamus, converſationem inter gentes habentes bonam; ut in eo, quod detractant de nobis tanquam malefactoribus ex bonis operibus nos conſiderantes, glorificent Deum, 1. Petr. 2. v. 12. tum & æquo animo crucem à Deo

im-

inmissam feramus, & aliquando audiemus
vocein amabilem: Venite benedicti Pa-
tris mei, Matth. 25. v. 34.

2. *Verba promissi.* Nam, faciam vos, in-
quit, piscatores hominum. Hactenus in
mari Galilæe navigantes piscaturæ corpo-
rali dediti fuerant, at nunc ait Servator,
vellè se eos piscatores hominum constitue-
re, ut animas hominum in impetuoso
mundi pelago capiant, & reti Evangelii in
littus trahant.

Hic videmus, *Deum non delectari morte
peccatorum*: sed quia homines, quasi pisces
maris promiscuè vivunt, Habac. 1. v. 14.
Piscatores suos ordinavit, qui piscentur
eos, Jer. 16. v. 16. quò conservati ad vitam
æternam, non amplius aquam salam bi-
bant, sicut in hoc mundo: sed de fluvio
aquæ vitæ, splendido tanquam crystallo,
Apoc. 22. v. 1.

Hoc quidem non sine difficultate pera-
gitur. Interim sicut piscator non statim re-
te abjicit, si quandoque frustra laboreat,
sed fortuna melioris spe se solatur: Ita &
verbi ministri non illico animum abjiciant,
si successus ex voto non sequatur, sed in-
stent opportunè importunè, 2. Tim. 4. v. 2.
Electi mei non laborabunt frustra, dicit
Dominus, Esa. 65. v. 23. Esa. 55. v. 10. 11.

Christiani *Auditores* non repugnent,
quò minus capiantur; non abscondant se
in limo malitiæ, uti Herodes, Matth. 14. 3.
non subterfugiant rete, ut dives epulo cum
fratribus suis, qui Mosen & Prophetas au-
dire renuebant, Luc. 16. v. 31. neque rictum
diducant, contrà verbi Præcones, ac si
eosdem devorare vellent, sicut balæna
Jonam, Jon. 2. v. 1. nec coaxent instar ran-
narum, ut Auditores Ezechielis, c. 33. v. 31.

nec crutibus piscatorum adhaereant, vel
ut hirudines, ut sanguinem eorum sugant.
Panis egentium vita pauperum, qui defrau-
dat illum homo sanguinis est, Sir. 35. v. 25.
Neque dirumpant rete, velut Tyranni, qui
verbum Dei & Ministros ejus penitus ex-
cisuri sunt, ad exemplum Achabi & Jesa-
belis, 1. Reg. 19. v. 1. seqq. sed per teriam
penitentiam reti sese insinuent, sic die no-
vissimo colligentur ad vitam æternam,
Matth. 13. v. 30.

De Tertio.

REstat *Cautela*, quæ tribus absolvitur
Regulis, ut sunt

1. *Virum te præsta.* Andreas ut supra
dictum nomen habet ab *Ἀνδρεία*: sic qui-
libet Christianus Andream, i. e. fortem vi-
rum se præster,

1. *In vocatione legitima*, sive Ministerium
in ministrando, sive, qui docet in doctrina,
Rom. 12. v. 7. Nam in manu artificum
opera laudabuntur, Sir. 9. v. 24. quicumque
igitur opera manualia exercere gestit, ar-
tem calleat oportet. Magister facit unum-
quodque, qui autem locat stulto, locat il-
lud superficiario, Prov. 26. v. 10.

Quodsi non omnia ex voto succedunt,
noli abjicere animum, sed virum te præsta
in Christiana constantia, Davidis verbo-
rum memor: Spera in Domino & fac bo-
nitatem, & inhabita terram, & victum
quare in veritate &c. Psal. 37. v. 3. 4.

Quodsi alii invidentia te prosequantur,
neque hoc te moveat: Deo dante nihil
valet invidia. Licet Philistium Isaac font-
es obstruebant, non tamen benedictio-
nem Dei obstruere poterant, Gen. 26. v. 15.

Sic & tu mane in loco tuo, rumpantur ut ilia
Codro, nihil contra te efficient: Sine pœ-
nitentia enim sunt dona Dei, Roman. 11.
v. 20.

2. In disciplinâ domestica. Vir enim est
caput mulieris, Eph. 5. v. 23. idèd quoque
domui suæ præsit benè, filios habens sub-
ditos, cum omni honestate, 1. Tim. 3. v. 15.
Si quis autem suorum maximè domestico-
rum curam non habet, deterior infideli est,
& fidem negavit, 1. Tim. 5. v. 8. Intereâ ta-
men non omnia ad amissim exigat, sitque
vir, non leo in domo sua, Sir. 4. v. 35. Col. 3.
v. 19. 1. Petr. 3. v. 7.

3. In quâvis angustia. Omnia enim bona
& mala, paupertas & divitiæ à Deo sunt,
Sir. 11. v. 14. curigitur fiduciam nostram
abjiceremus? Qui nos laceravit & pec-
cussit, sanabit & curabit nos, Hof. 6. v. 1.
Hinc Micha: Ego ad Dominum adspi-
ciam, expectabo Deum, Salvatorem me-
um, Mich. 7. v. 7. Id fecit Moses Exod.
14. v. 13. Idem & nos faciamus: fors
enim levissima

Mox blandit vultu, mox rubet fronte
furente.

Intereâ novimus, quod Deus post tempe-
statem tranquillum facturum sit, Tob. 3.
v. 22. hoc patienter expectemus, Psal. 27.
v. 14.

ho ho
II. Mandum non ama. In prælecto Ev-
angelio audimus, Piscatores hos omnia re-
linquere, navem, retia & patrem suum,
quamprimum Christus ipsis dicit: Se-
quere me.

Ita vos mei, divitiæ si crescant, nolite
cor apponere, Psal. 62. v. 11. sicut impii,
qui putant aurum robur suum, & dicunt
obrizo: fiducia mea, Job. 31. v. 14. sed aver-

tite cor à terrenis ad cœlestia, & à tempo-
ralibus ad æterna, cum Allapho dicentes:
Quid mihi est in cœlo? & à te quid volui
super terram? Psal. 73. v. 25. 26.

Fieri enim non potest, ut quis sit pecunia //
mancipium, & Christo fideliter serviat, ut //
Chrylostomus ait.

Quod si igitur persecutio ingrueret, &
tu cogereris aut bona tua temporalia dese-
rere, aut à Christo & Evangelio ejus desci-
scere: ad exemplum discipulorum potius
omnia relinque, quàm quod Jesum abne-
ges. Exemplo Moïsis, Hebr. 11. v. 25. 26.

Si consideremus, quæ & quanta sunt, quæ
nobis promittuntur in cælis, vilescunt omnia,
quæ habentur in terris, ait Gregorius. Matth.
19. v. 29.

III. Christo obtempera. Varia hîc Disci-
puli regerere potuissent: Habemus bo-
num opificium, quo nobis victum acqui-
rere valemus: ecur incerta sequere inur,
& certa relinqueremus? Facile apparet
cum Jesu Nazareno non multum lucrari
nos posse. Sed omnibus his non atten-
tis, actutum surgunt, & sequuntur
Christum.

Sic quando Deus per legatos & Pra-
cones suos ad pœnitentiam nos invitat,
non diu reluctemur, differentes de die in
diem, ut mos filiorum hujus sæculi est: Mi-
nimè, maximo enim id sit periculo; facile
quippe fieri potest, ut occasionem & tem-
pus amittamus. Hodie, si vocem ejus au-
dieritis, nolite obturare corda vestra, Psal.
95. v. 8. Hebr. 3. v. 13.

Abimelech Rex Gerara potentissimus
Rex erat, atramen cum noctu à Deo ob-
jurgatur, quod Abrahami uxorem Saram
ad se recepisset, quam tamen ignorabat,
uxo.

uxorem ejus esse, statim ille de nocte resurgens fecit, quæ Deus eum jussit, Gen. 20. v. 3.

Idem nos quoque faciamus. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te, Sir. 5. v. 8.

Hoc qui insuper habet, & in peccatis

suis præfractè pergit, videat ne à morte subitanea præreptus, in æternum exitium præcipitetur, ubi nulla amplius gratia speranda est: sed damnati sicut oves in inferno positi sunt, mors depascit eos, Psal. 49. vers. 15. ex inferno enim nulla redemptio.

Avertat hoc Clementissimus Pater, per & propter Christum, Amen!

IN DIE FESTO B. THOMÆ APOSTOLI.

Evangelium Joh. 20. v. 24 -- 29.

EXORDIUM.

CUm Jacobo Patriarchæ, filii ejus lætum illud nunciium afferrent, quod filius Josephus adhuc in vivis esset, dimisit id cor ejus, quia non credebat eis, licet omnem ordinem rei referrent, donec videbat plaustrum, quæ miserat Josephus. Tùm revixit Spiritus ejus, & ait: Sufficit mihi, si adhuc filius meus vivit: vadam & videbo illum, antequam moriar, Genes. 45. v. 26. & seqq.

Josephus *typus Christi* fuit.

Sicut enim fratres ejus infidi in Egyptum eum venderunt, ubi multa perpeffus est, dum eum Deus exaltavit, & Pro-Regem Egypti fecit: Ita & Judæi Christum tractarunt, qui tamen fratres ejus quoad carnem erant, salus enim è Judæis oriunda erat, Joh. 4. v. 23. sed Deus eum tandem exaltavit & constituit ad dexteram suam in cælestibus, super omnem principatum, & potestatem & virtutem &c. Eph. 1. v. 21. seqq.

Jacobus fidem suspendebant, auditò, Josephum adhuc vivere: semper enim in opinione eà erat, à bestia discriptum eum esse, ut filii ejus degeneres ipsi persuaserant: Ita & Apostoli resurrectionem Christi credere non poterant, quia spectaverant, quàm crudeliter à Judæis tractatus esset: sed videbantur illis novella hæc, *ὡσεὶ ἄνθρωπος*, Luc. 24. v. 11. dum Christus ipse manifestaret se illis, ut eum oculis suis cernerent, auribus audirent, manibus tangerent, sicut in specie Thomas adeo incredulitati immerfus erat, ut diceret: Nisi videro in manibus ejus vestigium clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam. Ubi verò Servator in gratiam ejus altera vice apparebat, & desiderio ejus satisfacerebat, ignorabat, quid præ gaudio diceret, inquiens: Dominus meus, & Deus meus! q. d. Quod si Dominus adeo omnipotens es, ut crucifixioni & mor-